Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1463
Quelle:
Copyright:

alibi ſaepius. Scripſerat ad calcem ridiculo lapſu Librarius: *Explicit tractatus de Znoyma;* ſed in ſe redux repoſuit *Simonia.*

II. *fol.* 37. a ſecunda manu: *De Benedicta Incarnatione Jo. Wiklef.* Initium Summarii: *Prelibato tractatu de anima qui introductorius eſt* &c. Et ipſius Operis: *Quia autem ſpiritualibus viantibus in diſcendo neceſſe eſt* &c. Ut alibi. Ad calcem: *Explicit tractatus de benedicta incarnatione Reuerendi Magiſtri Jobannis Wiclepb. Amen dicant omnia. Si finis bonus eſt tunc totum laudabile eſt.*

III. *fol.* 110. p. 2. a manu ſecunda: *Sermo, probet autem ſe ipſum homo.* Initium: *Quomodo chriſtianus ad miniſtrandum diſponi debet* &c. Retulimus *Cod.* CCCCVII. etiam in *Wiclefum* autorem inclinantes. Convaleſcit opinio ex eo, quod et hic, ut ibi, ſequitur

IV. *fol.* 114. Epiſtola ejus Papae *Urbano* miſſa, quae incipit: *Gaudeo plane detegere antiquam fidem* &c. ſaepius jam indicata, et hic ſubſcripta: *Jobannes Romano Pontifici Vrbano Sexto.*

V. *fol.* 121. absque titulo Tractatus ejus *de compoſitione hominis*, qui infit: *Tria mouent me tractare materiam de compoſitione hominis ex ſuis partibus qualitatiuis* &c. Ut *Cod.* DCCCII. quem vide. Hic ad calcem: *Explicit tractatus de compoſitione Hominis Reuerendi Magiſtri Jobannis Bikleff.*

Quod ſibi quisque ſerit preſentis tempore vite,
Hoc ſibi meſſis erit, dum dicitur, Ite Venite.

CCCLXXXVIII.

883 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 210. f. per duas columnas probe ſcriptus et rubricis diſtinctus ſequentia continet *Job. Wiclefi* Opera: I. *Trialogum* jam relatum *Codd.* variis initio: *Cum locutio ad perſonam* &c. Ad calcem: *Finis Trialogi Magiſtri Jobannis Anglici.*

II. *fol.* 72. p. 2. *Incipit dyalogus eiusdem.* Ita: *Cum idemptitas ſit mater faſtidij* &c. ut alibi. Sed hic adjunctam habet Appendicem, quam indicavi *Cod.* CCCLXXXIV. et furibundam quandam Declamationem in, neſcio quem, Mercenarium, Lupum, effuſorem ſanguinis *principaliter in Briſtollia*, quae inſcripta eſt: *Epiſtola pulcra M. Jo. Anglici.* Ad calcem: *Anno milleno quadringen. decimo octauo per manus* (nomen ſtupide eraſum) *finis eſt tria dyaque logi. Cui pro munere criſtus det regnum celeſte.* Sequitur Index Alphabeticus in utrumque Tractatum.

III. *fol.* 92. p. 2. *Sermones* mixti in varios Epiſtolarum et Evangeliorum Dominicalium Textus, qui videntur eſſe *Sermonum Pars I. de Tempore*, et indicati ſunt